UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpvs Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Scriptvm Legatorvm Generosorvm Comitvm A Mansfelt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Visual Library

SCRIPTVM LEGATORVM GENEROSORVM COMITVM A MANSFELT.

CVM NOSTRORVM COMITVM NOMINE vvi bergam ablegati eſſemus, ad petendum conſilium de Com indicto, a Reuerendis viris D. Philippo Melanchthone, ce risq; Præceptoribus noſtris obſeruandiſsimis, forma eius ſcrip, quod in Concilio offerendum eſſet, nobis exhibita eſt. Summa que qua potuimus attentione, pro ingeniorum noſtrorum tenuitate, & pro temporis ratione, id ſcriptum legimus, & conſiderauimus. Te mur itaq; in iſto ſcripto, ſummam eius doctrinæ, quæ Dei benefi in Eccleſijs harum Regionum incorrupte hactenus ſonuit, & ſo adhuc, perſpicue comprehenſam eſſe. Iudicamus autem eam ſcriptis & perpetuo conſenſu Prophetarum & Apoſtolorum cogru re, neq; vlla ſophiſtica labefactari poſſe. Agimus igitur Deo & Domini noſtri IESV CHRISTI gratias, pro patefacta luce Euan gelij, & precamur ardentibus votis, vt hanc ſinceram doctrinam uerſus omnes inſidias & impetus Diaboli tueatur & conſeruet, & colligat ſibi inter nos & alias quoq; Gentes Eccleſiam ſe perpetu agnoſcentem, inuocantem & celebrantē. Vt igitur huic ſcripto ſuffra gium & teſtimonium noſtrum adderemus, nomina noſtra ſubſcribere voluimus.

Michaël Cælius Inclytorum ac Generoſorum Comitum à Mansfelt Concionator, manu propria ſubſcripſit.

Iohannes VVigandus Miniſter Verbi Dei in oppido Mansfelt.

Iohannes Prætorius Miniſter Verbi Dei in arce Stolberg, m. p. ſ.

Valentinus Sifridi, Miniſter Verbi Dei in oppido Ortenberg, in Comitatu Konigſteinenſi, manu propria ſubſcripſi.